



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 125. Regni administratio a Regina Francisci II. Matre, & Guisiis vindicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

II.
irent
n in
ancie
favo-
Alba-
annia
Guifii
Con-
onum
risdi-
stabi-
a sub
voca-

is su

ranci-
s, qui
nonio
Hic
a cor-
non-
num
enim
ente-
esima
leges
posi-
node-
m ju-
veni-

venilis adhucdum ætatis, atque adversæ **Sæcul XVI.**
valetudinis esset, & præsertim ingenii **A.C. 1559-**
sui acies arctissimis sane limitibus cir-
cumscripta, & non minus corpore quam
mente imbecillis existeret, hinc decre-
tum fuit, ut eidem Senatus ex ejus-
modi Viris, qui ejus nomine rerum
summæ præesse possent, compositus ad-
jungeretur: verum circa selectum Aula
in duas factiones scindebatur; quippe
tam Guifii, quam Montmorentii ferme
eadem potentia, & auctoritate sub priori
regimine valebant: quinimo vix mor-
tuco Henrico Rege adhuc tertia prodibat
factio, cuius caput erat Antonius Bor-
bonius, qui Joannæ Albretæ desponsa-
tus in Navarræ Regem salutabatur, ei-
que acceſſerat Ludovicus Condeus ejus-
dem frater, qui tamen ambo post Bor-
bonii Connestabilis rebellionem in Fran-
ciæ aula omni destituebantur auctori-
tate: quapropter præſenti rerum vicissi-
tudine uti decernebant, ut ad digni-
tates suo generi congruas rursus ascen-
dere valerent.

§. CXXV.

*Regni administratio a Regina Fran-
cisci II. Matre, & Guifis
vindicata.*

Equidem clandestinas artes, quibus
quælibet factio alteri prævalere sa-

P 4 tage-

Sæc. XVI. tagebat, sigillatim referre, supervacaneum censemus: sufficit enim paucis exponere, quod Catharina Medicæa Regina, ac Francisci Regis Mater in Regio Senatu primas habere partes contenderit, cum autem, qua ratione, id impetrare posset, admodum dubia hæreret, tandem fese Guisiis Principibus adjungebat, ut ipsorum opera sibi Regni administrationem vendicaret, licet ea ad Navarræ Regem, & Condeum Principem ejus fratrem utpote proximos Regii Sanguinis hæredes jure devolvenda esset: ab illo igitur temporis articulo Regina fese Connestabili infam declarabat, non modo ea ex causa, quod privati in eum odii rationes sibi suppetere arbitraretur, sed potissimum id faciebat, ut Guislos æmulos suos a Regni administratione arcere, eamque ad Regiæ stirpis Principes devolvere hac ratione posset. Enimvero prudens ille seniculus, cum per Regis obitum ingentes in regno tumultus suscitari prænisset, eadem, qua Henricus erat vulneratus, die Navarræ Regi perscriperat, ut quantocius ad Aulam properaret, ac Regiminis curam in se susciperet, cum ipsum regimen obeunte Rege ad illum devolveretur. Attamen hic Princeps, cum ad magna molima ei animus deesset, ex Bearnia quidem discessit,

III.
vac-
aucis
licæ
ter in
partes
tione,
dubia
ncipi-
a sibi
t, li-
deum
imos
evol-
s ar-
enfen-
ufla,
sibi
mum-
ios a
nque
vere
dens
itum
præ-
vul-
ipse-
era-
cipe-
Rege
hic
a ei
dem
essit,

discessit, Vindocini tamen moram adeo Sæcul. XVI.
longam traxit, ut Guisii absentiam illius A.C. 1559.
in rem suam verterent, ac ipse aulam
accedens indignum in modum recipere-
tur; quippe nec quidem pro dignitatis
suæ ratione habitaculum ei assignaba-
tur, atque vix Regis conspectum subi-
ens mox ab eo percipere coactus erat,
quod Regni sui administrationem jam-
jam Avunculis suis Guisii Principibus
commisisset, & quidem Guisio Duci to-
tius exercitus sui Imperium, ac rei bel-
licæ curam tradidisset, Lotharingium
autem Cardinalem ejus fratrem secre-
tioris consilii Ministrum creasset. Insu-
per amoto Cardinale Bertrando Pro-
Cancellarii dignitas Caliverio singu-
laris meriti, raræque probitatis viro rur-
fus conferebatur; nam olim hoc munus
Valentina Ducissa eidem auferri præce-
perat.

§. CXXVI.

*Montmorentius Connestabilis, & Va-
lentina Ducissa Reginæ exosa.*

Cum ergo Connestabilis Montmoren- *La Popelin.*
tius Reginam Matrem cum Guisis ^{l. 5.}
tam arcta amicitia conjunctam cerneret, *Mezerai*
inde plurimum territus suam ruinam fo- *ab reg. chron.*
re proximam haud obscure præfigiebat; *dans la vie de*
quippe omnes illi, qui ei quovis necef- *François II.*
situdinis vinculo juncti erant, ab aula ^{t. 5. p. 8.}

P 5 remo-